


in oculo tuo est non uidens. Hypocrita.  
eice primū trabē de oculo tuo. et tē  
psipicies ut educas festūcam de oculo  
fīs tui. of Illumina oculos. **S**erena

**O**blationibz q̄s dñe placare suscep  
ris. & ad te ecclā nr̄as rebelles compel  
le p̄pici uoluntates. p̄ dñm. **com**


**D**ominus firmamentum meum & refugi  
us me um & liberator meus dñs me us  
**M**ysteria nos p̄  
ad iutor me us. **D**ñe sup̄ta pu  
rificant. et suo munē tueantur. p̄. **E.**

**T**ēs. Non cessō grās agens p̄ uo  
bis membriam urī fa. **ad effe siō.**  
ciens in orationibz meis. ut dñs dñ  
nī ihū xp̄i. pat̄ gl̄e. det uobis sp̄m  
sapientie. et reuelationis. in agniti  
one eī illuminatos habere oculos  
cordis uestri. ut sciatis que sit sp̄es  
uocationis eī. que diuicie gl̄e here  
ditatis eī in sc̄is. et q̄ sit supremū  
magnitudo uirtutis eī. in nos quiē  
dimus secundū operationē uirtutis





II.192. 1



EPICEDION  
IN OBITVM BAR<sup>Æ</sup>  
THOLOMÆI FABRI, CIVIS  
HERTZBERGENSIS, VIRI OPTIMI ET  
PRUDENTIS, QVI EX HAC VITA PIE PLA-  
CIDÆCÙM DISCESSIT 21. DÍE MARTÍ,  
Anno 1572.

## Scriptum à

BARTHOLOMÆO FABRO HERTZ  
bergensi F. carissimi patris sui mortem  
lugente.



LIPSÍÆ

Johannes Martroff excudebat.

A N N O  
M. D. LXXXI.

CLARISSIMO VIRO;  
IN SIGNI PIETATE, ERUDITIONE ET  
VIRTUTE PRAESTANTI M. IOHANNI PRAETORIO  
Ecclesiæ Hertzbergensis Superintendenti, D. ANDREAE Grafs-  
auio Juniori Cos. IOHANNI Graffauio F. PETRO.  
Praetorio Senatori, IOHANNI Schemmelio,  
IOHANNI Schmidt, amicis & patronis  
suis perpetua fide obseruantiaq;  
colendissimis.

HOSPES ET UMBRA.

- H. Dic mihi, cur tanto coeunt nunc agmine ciues,  
Et cur in uultu signa doloris habent?  
Quid pullo tristem velantur tegmine frontem?  
Quam multis oculis lachryma larga rigat.
- V. Flentur acerba viri prudentis funera, cuius  
Iam dantur gremio frigida membra soli.  
Has nunc exequias, illi hæc dant debita iusta,  
Hinc lachrymæ manant, hinc dolor iste venit.
- H. Quæ stirps, quæ proles, quæ fæmina quiq; parètes,  
Quæq; viro eximio terra paterna fuit?
- V. Extincti si scire cupis genus ordine totum,  
Versiculis paucis enumerare volo.  
Pulcher Apollo veni, nostros atq; incipe cantus,  
Materiam dicta, plectraq; nostra rege.  
Hunc Hertzberg a tulit nulli pietate secundum,  
Quæ deceruorum nomina monte tenet.

Duxit

Duxit natales laudati à sanguine patris,  
Cui genitor simul & mater honesta fuit.  
A quibus ad mores est assuefactus honestos,  
Vna cum binis fratribus ipse suis.  
Nec non assidue didicerunt, sidera celsa  
Torquentem, à primo lacte timere Deum.  
Alter erat frater tam re, quam nomine dictus  
Andreas, patria & consul in vrbe fuit.  
Qui fuit in sancto pars haud postrema senatu,  
Et rexit patriam non sine laude suam.  
Hunc lethum rapuit perpeſsum multa laborum  
Tædia, qui patria conditus vrbe iacet.  
Alter erat Gaspar, qui Martis castra fecutus  
Occidit Hungarico miles in orbe bonus.  
Cui iuueni impigro multas vrbesq; virosq;  
Summa peregrinos visere cura fuit.  
Plurima qui postquam vidiſ lustranda per orbem,  
Natalis repetit dulcia rura Soli.  
Egregiam & dicit morum probitate puellam,  
Quæ de Richteri stirpe creata fuit.  
Cum qua iucundum transegit molliter æuum,  
Legitimi & genuit pignora sena tori.  
Ex quibus extinctæ tres natæ, luce fruuntur  
Cætibus insuperis, colloquioq; D E I.  
Tres & adhuc superat, spes suntq; parentibus ampla,

A 2

Vna

Vna puella simul, filioliq̄ duo.  
Coniuge cum dulci sic vitæ tempora duxit,  
    Coniugio in toto vt nulla querela foret.  
Corripuit tandem quem morbi languor acuti,  
    Fatali q̄ dedit pallida membra toro.  
Parua mora est, laterum immensum sentire dolorem  
    Incipit, accrescit quotidie q̄ dolor.  
Principio vt succos liquidos erat ille perosus,  
    Pæoniæ insuetam respuit artis opem.  
Nil Doctorum artes, herbæ aut iuuere salubres,  
    Artificum expertæ nil potuere manus.  
Ergo iaces genitor, nec saltem iungere dextras  
    Supremum licuit funeris ante diem.  
Nec quiui, cum te premeret iam ruga senilis,  
    Soluere pro meritis præmia iusta tuis.  
Mens mea testis adest, me casum fortis iniquæ  
    Scire, in quo nunc sum, non potuisse, loco.  
Non me tempestas ventorum, fulmina non me,  
    Frigore nec sæuo me tenuisset hyems,  
Quo minus ad patrias properassim accedere sedes,  
    Supremaq; tibi dicere voce vale.  
Ergo ubi sensisset prope tempus mortis adesse,  
    Commendante animam tradidit ore D E O.  
Et maiestatem ad cœlestem vota precesq;  
    Fudit subnixas saluificante fide.

Inde

Inde sacrum C H R I S T I vero cum sanguine corpus  
Sumpsit sub panis fragmine, sub q̄ mero, .H  
Quod natus Domini cœli terræq; satoris  
Instituit C H R I S T V S funeris ante diem.  
Iam mortis prope tempus erat, sol nocte propinqua  
Demere purpureis lora volebat equis.  
Ultima nunc lethi præsentis sentio signa,  
Inquit, & infirmo bos addidit ore sonos: .H  
Fata vocant, discedo libens, valeatis amici,  
Ætherei regio me vocat alta poli,  
Chara vale coniunx Lucia, & tu domus omnis,  
Pignora filioli vosq; valete mei.  
Postremò morientis erant hæc ultima verba,  
In Christum certam testificata fidem:  
Sic D E V S ingenti mundi flagravit amore,  
Ut natum è celso mitteret ipse polo,  
Ut quicunq; fide sincera amplectitur illum,  
Æterni teneat cœlica regna Patris.  
Tum sic viuificum Christum compellat I E S V M,  
Cum Patre, & flatu qui sine fine manet:  
Obone C H R I S T E Patris diuini æqua propago,  
Esse mihi clemens propitiusq; velis,  
Mens mea de fragili iam cedit corpore, quam tu  
Chare pater placida suscipe, quæso, manu. .H  
Sic ait, & dicto citius uitale reliquit

A 3 Lumen,

- Lumen, & ad Christum mens pia fecit iter.  
H. Quid verò coniunx liquida ne hæc uestitur aura,  
Abstulit aut illam Parca rapace manu.  
V. Illa quidem viuit, sed vitam ducere nollet,  
Dum moritur coniunx, est sibi visa mori.  
Luget ut amissa gemebundus prole palumbes,  
Ut deflet sociam turtur amicus auem.  
Hand aliter deflet dilecti hæc funera mæsta  
Coniugis, & teneris ynguibus ora secat.  
Ne quicquam querulos gemitus dat pectore abimo,  
Et nihil, hic mæror quo minuatur, adest.  
Hoc faciunt nati, & consanguinitate propinqui  
Omnes, & facit hoc Ursula nata pia.  
H. Dic quoq, queis ornatus erat vir moribus ille  
V. Ingenuis .H. Qualis vita. V. Pudica fuit.  
H. Quomodo mutauit vitam cū morte. V. redemptos  
Ceu qui se credunt CHRISTE cruore tuo.  
H. Felices nimium, atq ex omni parte beati,  
In solo claudunt qui sua fata DEO.  
V. Immò felices. si tantum hoc credere possent  
Mortales miseri non dubitante fide.  
H. Quando obijt? V. tunc cum mensis ter septima  
Funesta immenso fulsit in orbe dies. (Martyj  
H. Quid sibi vult radius, peclen, textoria & arma,  
Quæ tristi tumulo iuncta tabella refert?

V. La-

V. Lanificæ doctas callebat Palladis artes,  
Lanigeri tractans vellera pura gregis.  
Lanea honorificas ad vestes texta parauit,  
Et pannos æquo vendidit ære suos.

H. Vna dies rapuit, quem plurima tempora quærent,  
Ante diem raptum ciuica turba gemit.

Illa dies igitur nigro est signanda lapillo,  
Qua talem rapuit mors properata virum.  
Virtus quanta viri fuerit, prudentia quanta,  
Aonia accepit referente Charis.

Dic mihi, quod nomen, dic quod cognomen habebat,  
V. Ipse Faber dictus Bartholomæus erat.

H. Vir pius ipse fuit, dumq; ipsius haurio laudes  
Auribus, incipiunt ecce madere genæ.  
Cui precor ex imis animi penetralibus huius,  
Illiis in pace vt molliter ossa cubent,  
Æterni donec, magna comitante caterua,  
Siderea veniat natus ab arce Patris.

V. Tunc subito tumulata cadauera viua resurgent,  
Corporibus q; vetus restituetur bonos.

H. Publica quis posuit mæsti monumenta sepulchri,  
Et tumulo illius quis dedit hos titulos.

V. Extincti luxit qui fata nouissima, charo  
Inferias natus persoluit q; Patri:

Inge-

*Ingenuis tempus qui ponit in artibus omne,  
Molda ubi Grimenses flumine stringit agros.*

**H.** *Persoluo umbra tibi grates: quod continet annum,*

*Defuncti, tumbæ hoc distichon addo, viri.*

*Ene CTVs sV per Is gen Itor ConCessIt ab or Is,*

*Ossa tenet CIppVs, mens CoL It astra pIa.*

*M*

**MORTVVS LOQVITVR.**

**Q**uam placida tandem, post multa pericula vitæ,  
Pace fruor, tumuli est quam mihi terra leuis.

Mors mihi mors non est, sed somnus, pace quiesco

Æterna, & felix est mihi parta quies?

Ipsa quies CH R I S T V S, CH R I S T V S pax vita salusq;

Est cunctis verum perpetuumq; bonum.

Ne quisquam pro me gemat, & suspiria ducat,

Nam mea mens felix cessit in astra poli.

Iam fruor aspectu CH R I S T I dulcissimo, & hortos

Cum sanctis teneo iam Paradisiacos:

Cum sanctis viuo longissima tempora vitæ,

Atq; DE O grata carmine voce cano.

Ossa iacent tumulo hoc, nostroq; cadauere vermes

Pascuntur, pœnas dat vicia caro;

Hæc tamen ossa, atq; hæc olim rediuiua resurget,

Immortali animæ restituenda caro.

Hæc quicunq; legis, dicas: placido iste sepulchro

Dormiat, & Cineri pax sit amica pi.

F I N I S.

! obstum K. Simmendorf







dini mortis ei. sicut et resurrectio  
erim. Hoc scientes quia uerū nō hō si  
mī crucifix̄ est: ut destruat corp̄ pec  
cati. ut ultra n̄ seruam̄ peccato. Qd̄  
enī mortuus est: iustificatus est a pa  
cato. Si enī mortui sum cū xpo: cre  
d̄ m̄ quia sim̄ eccl̄ uiuem̄ cū xpo.  
scientes quod xpc resurgens a mortu  
is iā n̄ moritur mox illi ultra n̄ dñia  
bit. Qd̄ enī mortuus est: peccato mor  
tuus est semel. Qd̄ aū uiuit: ui  
uit deo. Itaq; et uos eristimate uo  
quidē mortuos esse peccato: uiuen  
tes aū deo. In x ihū dño nrō. **Ex**

**S**onuer tere dō mine aliquantu  
lum de preca re super ser uos  
**O**mine  
refiḡ um factus es no

bus a generatio ne proge me  
**H**ail Diē ihc d. s. s̄ m̄th̄ air. Ex acentos

fr̄ tuus. hab  
que ibi mun  
de p̄us recon  
ueniens offe  
**P**ropiciare  
n̄t̄is: i has  
nus assum  
uotū nulli  
ut quod fid  
consequim̄  
**P**d̄ n̄m. cō

**R**epleti d̄ac  
tuis t̄bue  
deim̄ effecti  
r̄s. Hab  
seruam̄  
cū metu et  
ignis consu  
tis maneat  
tate nolite  
placuerit u